Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



populi autem dicebant: Hic est iesus filius ioseph a nazareth galilee. Et introeuntes iesus in templum dei: et eiiciebat omnes vendentes et ementes in templo: et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas euertit: et dixit eis. Scriptum est: domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo: et sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia quae fecit: et pueros clamantes in templo dicentes. Osanna filio dauid: indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt: Iesus autem dixit eis. Vtique. Numquid legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem: Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem in bethaniam. ibique remansit

Doceat eos de regno dei. Offertorium. Tu es deus qui facis mirabilia tu es dominus in manibus tuis sortes mee. Oblatis domine quesumus placare muneribus et a cunctis nos defende periculis. Per. Communio. Qui in domo mea exaudisti me deus in hac me in tribulatione dilatasti me miserere mihi domine et exaudi orationem meam. Per. Postcommunio. Sumpto

deus ut illius salutaris capiamus effectum cuius per hec mysteria pignus accipimus. Per. Secreta plena. Adsint ad te domine preces mee et ab ecclesia tua cuncta repelle nequicia. Per. Ad fiat mihi quia

Et miserere tuorum tuum. Misericordia tua domine et misericordia: dic nunc quia seculo sunt nunc vnquam dicentur nobis inimici mei liberet nos dominus ecce ex omnibus angustiis meis. Ps. Ad te domine leuauit animam meam deus meus in te confido non erubescam. Sine salutatione dicit. Orietur: Aspecta ge. Leuate.

Oculos meos quia domine de mente exaudi et vt contra cuncta nobis aduersantia dexteram tue maiestatis extende. Per. Lectio libri Exodi.

In diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Ascende ad me in montem et esto ibi: dabo que tibi duas tabulas lapideas et legem ac mandata que scripsi. vt doceas filios israel. Hinc recesserunt que moyses et iosue minister eius: ascendensque moyses in montem dei seniori bus ait. Expectate hic: donec reuertamur ad vos. Habetis aaron et hur vobiscum: si quid natum fuerit questionis referetis ad eos.